



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 45. Possunt ne defunctorum animae uiuentium pietate releuari?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LIBER IIII.
runt rationali. Quæ & tunc sicut & mō-
stra, à monstrositate sunt emēdanda.

Caput 45.

*Possunt ne defunctorum animæ ui-
uentium pietate releuari?*

STatim post mortē corporalem
animæ pro meritis, in locis sibi
deputatis, præmia sua, vel pœ-
nas accipiunt, quæ tamen post iudi-
cij diem augebuntur, corpore scili-
cet resumpto.

In quibus verò purgandum ad-
huc aliquid restat, priusquam ad deū
conspicuum admitti queant, iuuari
poterunt per Ecclesiæ suffragia, hi. s.
qui in præsentī vita, vt iuuarentur,
meruerunt, quilibet pro modo suo.

Quamuis autem pompæ funera-
les magis sint ad viuorū solatia, de-
centem tamen curam defunctorum exhi-
bere laudabile est.

Quod si pro diuite multa fiant suf-
fragia, pro paupere verò pauca, vel
tantum generalia, proderūt quidem
cæteris paribus vtrique in hoc pari-
ter, quod non profunt diuiti ad ple-
norem liberationem, bene tamē ad
celeriores.

Hi autem, quos finis mundi depre-
hendet,

LOCORVM COMMVNIVM
hendet, per ignem conflagrationis &
sanctorum orationes purgabuntur.

Orationes etiam nostras angeli,
Deo qui omnia prænouit, offerre di-
cuntur, quando quid agendū sit, per-
cipiunt: quas quoque sancti cognos-
cunt, quantum ad eorū pertinet gau-
dium, & nostrum auxilium.

Caput 46.

Nulla'ne continget damnatis pœ-
narum mitigatio?

Iacob 2.
Psal. 7.

Non obstantibus quibusdam
autoritatibus, si rectè intelli-
gantur, dicendum est, quod
circa damnatos est aliqua Dei mise-
ricordia in eorum punitione, non ta-
men sic vt à peccatis vel damnatione
idcirco absoluantur.

Psal. 100.

Cum autem misericordia Dei &
iustitia sint idem, tamen propter di-
uersam de Deo nostram conceptio-
nem seu effectū Dei, aliqua ipsius ope-
ra misericordiæ, aliqua verò iustitiæ
attribuuntur. Qui & nunc occultè iu-
dicans s. purgando, cōuertendo, vel
exæcando, tandem manifestè iudica-
bit. Cuius quoq; iudicia, circa res om-
nes dispositio quandoq; vocatur.

Rom. 11.
Psal. 15.

Psal. 24.

Quod etiam psalmista dicit, vni-
uersas

uersas
esse &
plex a
respici
tiam. V
mus &
Qu
& iusti
tur op
dem se
secund
autem
signū,

Qu
A
cū in
Cu
cundu
Quod
quas i
Er
tuor. I
ribun
perib
infide